

ΣΗΜΕΙΩΣ

ΕΠΙΤΟΛΗ ΣΤΟΙΧΕΙΑ ΤΕΧΝΗ ΒΟΥΛΑΙΚΗ ΚΑΙ ΕΠΙΤΟΛΗ

ΣΟΦΟΚΛΗΣ

H A E K T P A.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ω τοῦ στρατηγῆσαντος ἐν Τροίᾳ ποτὲ  
Ἀγαμέμνονος παῖ, νὺν ἔκειν' ἔξεστί σοι

V. 1. Ah Euripide reprehensum esse Sophoclem,  
quod hunc versum adiecerit, ab Sophocle autem  
vituperatum Euripidem, quod non omiserit pri-  
mos duos versus Phoenissarum, narrat scholia-  
stes ad Phoeniss. v. 1. per errorem ille Ἡλέκτρα  
pro ἐν Τροίᾳ exhibens. Qui prior alterum no-  
tavit, cavillatus est, meruitque ut par pari refer-  
retur. Vtrumque enim exordium omissis illis  
versibus exile et imperfectum esset.

V. 2. Usae sunt hoc versu duas mulierculae,  
uxor Theodori tragoedi apud Plutarch. Q. Symp.  
IX. 1. p. 737. B. et Mania apud Machonem,  
eius versus attulit Athenaeus XIII. p. 579. A.  
Ibi tertius quoque Electrae versus additus vulgo,  
quem MSS. Athenaei omittunt. Ad sententiam  
Brunckius comparat Aesch. Choeph. 213. Mus-  
gravius Eurip. Iph. Taur. 620. Synes. ep. IV.  
sub fin. Blomfieldius in Museo crit. Cantab.  
I. P. I. p. 62. Homerum Od. ψ. 5. Eurip. Phoen.  
201. Theocr. X. 17. Sallust. B. C. 20, 14. quos